



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 95. Continuum colloquium inter Papam, & Cenomanensem
Episcopum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI „lem censuras incurrit, & proinde ab-
A.C. 1589. „solutione eget, sicuti jam Pifanio pre-
 „dixi, nec enim absolutionem vi diplo-
 „matis secreti concessam, qua se tutum
 „Rex existimat, sufficere sciat, nam di-
 „ploma illud minime ad casus futuros
 „extenditur, nec unquam mihi mem-
 „fuit, ut Regi peccandi libertatem fe-
 „cerem: proinde absolutio nomine
 „Regis petatur, aut Regis postulata
 „scripto comprehendantur, ut ea dele-
 „gatis Cardinalibus examinanda in Con-
 „gregatione ad id erecta communicare
 „valeam.,

§. XCV.

*Continuatum colloquium inter Papam
 & Cenomanensem Episcopum.*

Thuan. l. c. **A**d hæc Cenomanensis reposuit: „
lett. du Card. „quidem notum est, quod de Ep-
Joyosue l. c. „scopis, & sacris personis omnis cogni-
 „tio in iis, quæ ad ipsorum functionem
 „pertinent, ad Pontificem pertineat, ne-
 „que de eo ambigi potest, interim iidem
 „ratione bonorum, & locorum, in quibus
 „degunt, Principibus obsequium
 „debent, & eorum jurisdictioni in cau-
 „sis, quæ publicam tranquillitatem spe-
 „ctant, subsunt, neque in eo a juris-
 „dictione Principum exempti sunt
 „prout omnibus in confesso est.,

Verum

Verum Papa loquentem interrumpens eum sic monuit: „cura, ne quidquam, quod tibi molestiam faceffet, inconfiderate excidat:„ porro cum nihilominus Cenomanensis pergeret Papam rogare, ut Regi suo Principi bene precaretur, Pontifex hæc reposuit: „miror, quomodo Rex benedictionem petat, qui in delicto suo perseverat, „Cardinale Borbonio, & Lugdunensi Archiepiscopo, qui solius Pontificis jurisdictioni subjacent, in carcere retentis, qua pertinacia testatum reddit, quod ipsum sui criminis haud poeniteat.

Sæcul. XVI.
A.C. 1589.

Postea Cardinalis Joyfa, qui advertebat contentione Pontificis animum, quem placare cupiebat, exacerbari, alia esse Regis mandata retulit, de quibus cum illo acturi essent: porro ita hac die disputationi finem imposuit, unacum ceteris a Papæ Palatio discedens. Die autem tertia Martii Cenomanensis Præsul cum solo Pisanio Marchione rursus Papam convenerat, cumque denuo instare pararet, Sixtus V. nonnihil ira commotus eundem interrupit, ita dicens: „de injuria Ecclesiæ in morte Guisiani Cardinalis facta agitur, cui satisfacere Rex aliter non potest, quam solemniter petita, & accepta absolute: prædictum ergo „illi

Sæcul. XVI. „illi est, quid facto opus sit, hinc Rex
A.C. 1589. „aut se Ecclesiæ obedientem filium
 „agnoscat, aut occasionem ab ea dis-
 „cedendi quærat: utrum horum velit
 „eligat. „

Porro cum contentio magis feruens
 inciperet, Episcopus Cenomanensis
 reposuit: „alia longe mens, ac senten-
 „tia, quam sua Sanctitas de eo concipit
 „Regi meo infidet, isque nunquam de
 „discensione ab Ecclesia cogitavit, idque
 „hoc, quo nunc ejus nomine defungor,
 „submissionis officio satis testatum fa-
 „cit, dum rejectis opimis admodum
 „conditionibus undique ei oblatis, quas
 „vix alii pari pietate in has angustias
 „per inimicorum factiones redacti re-
 „spuissent, Ecclesiæ unionem petit: „
 Pontifex immote institit, atque ambos
 Præsules captos libertati restitui postu-
 lavit eidem exprobrans, quod copias
 sibi pro bello contra sectarios oblatis
 acceptare respuisset. Ceterum dum dies
 utrinque altercatum est, Cenomanensis
 Episcopus, ut saltem decretum illud in-
 per memoratum, quod a Parisina Fa-
 cultate Theologica emanatum diceba-
 tur, revocaret, Papam rogabat: non
 tamen annuit Pontifex, quamvis
 Parisiense hoc decretum esse temera-
 rium testaretur, eoque parum se mo-
 veri diceret, sæpius tamen subjunxit
 „faciat

„faciat Rex, quod sui muneris est: ego Sæcul. XVI.
 „vicissim, quod officium meum petit, A. C. 1589.

„exequar., Nec magis prosperum tertii
 colloquii exitum reportabat Cenoma-
 nensis, qui, cum coram Papa privilegia,
 ac gallicanæ Ecclesiæ libertates jacti-
 tare auderet, earumque præsidio Fran-
 ciæ Reges a summorum Pontificum
 censuris tutos esse diceret, Sixtus ad
 hæc verba exandescens coram Fran-
 ciæ Ministris hæc edixit: „nugæ sunt
 „hæ, quæ sectarium virus redolent, a
 „quibus nisi abstineatur, & quampri-
 „mum, quantum ad captivos Præsules
 „mihi satisfiat, diræ Regi, & tibi car-
 „ceres parantur.,

Hoc audito Pisanius Marchio ad
 Papam conversus affirmabat: „id Le-
 „gatis Principum semper juris fuit,
 „atque adhuc est, ut libere sine poenæ,
 „& carceris metu mandata suorum Prin-
 „cipum exponerent: nos equidem co-
 „ram sua Sanctitate humiliter, & præ-
 „cipui cultus significatione vel terram
 „deosculari parati sumus; de cetero
 „quo minus officio fideliter defunga-
 „mur, non carceris metu, non vitæ
 „ipsius periculo, nec etiam, si capita
 „nostra ad pontem Tiberinum sisti oport-
 „teret, possemus deterreri., Pontifex
 ad generosi viri verba nihil respondit,
 sed aliorum sermone converso rursus
 Præ-

Sæcul. XVI Præfules in libertatem afferi petiit, egit-
A.C. 1589. que de iis, quæ Rex pro impetranda
 venia agere teneretur. Postea die de-
 cima tertia Martii Deputati quarta vice
 audiebantur: ast hoc idem colloquium
 æque, ac priora successu caruere.

§. XCVI.

*Maduanus Dux Lutetiam Parisio-
rum veniens.*

Thuan. Da- Interea Maduanus Dux Lugduno e-
vil. & lapsus, postquam plures urbes oc-
Spond. l. c. cupaverat, die vigesima quinta Februarii
Cayet t. 2. unacum quatuor armatorum millibus
chron. nov. ac quingentis Nobilibus Lutetiam Pa-
Journ. de risiorum ingrediebatur, quem Auma-
Loysel. lius Dux, necnon ejusdem nominis
 Eques ejus Frater mox omnibus ho-
 noribus excipiebant, eumque foederato-
 rum Senatus tanquam caput suum
 protinus consentiente populo proclama-
 bat: imo etiam idem Senatus, omnes-
 que Curia una congregatæ præcedente
 Brissonio primo Præsidente eundem *supre-*
 mum Status Regii, & coronæ Franciæ
Vicarium nominabant, ea tamen lege
 ne hoc munere fungeretur, donec ge-
 neralia Ordinum comitia ad Mentem
 Julium indicta celebrarentur. Postea
 die vigesima secunda Februarii Dux
 dignitatem sibi oblatam in pleno Se-
 natorum consensu acceptabat, ac jure
 jurato